



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

LV. Usus Mitræ pro Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ Capuanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

Quoad alios
alii indultis
munitos.

Inhibetur
Episcopis, ne
intuitu hu-
jusmodi be-
nedictionum
munera que-
cumque acci-
pere audeat.

Claufulæ.

Cum dero-
rogatoriis.

Privilegiorum aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Institutis concessorum communicatione sibi competere prætendunt, minime suffragari posse, nec debere decernimus, & declaramus.

S. 4. Quo vero ad Abbatibus, quibus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris indultum fuit, ut a suis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælatis delegatis, benedictionem sumere possit: vel etiam per speciale Inditum Apostolicum concessum fuit, ut electi habeantur pro be- nediçtis ab ipso Summo Pontifice, nihil omnino innovandum esse sanctimus, & Apostolica, qui bus gaudent, Privilegia ubique inconcussæ obser- vari præcipimus, & mandamus.

S. 5. Universos demum Episcopos, atque etiam Archiepiscopos, a quibus benedictio tribuenda erit, eorumque Officiales Astantes, & Ministros quoscumque in Domino hortamur, ac ad monemus, ut occasione similium benedictionum excutiant, ac proflus emundent manus suas ab omni munere: quin etiam prædictis Praefulibus sub pena Interdicti ab usu Pontificalium per annum vetamus, ac inhibemus, ne tam ante, quam post easdem benedictiones, carumque intuitu, coquuscumque generis, aut speciei; etiam bellaria, & comedibiliuum munera, vel xenia, a quoquam recipere audeant, illisque præterea districte injungimus, ut ab omni abstineant solemni pompa, quæ sumptus, quantumvis modicos etiam prandii, secum ferat; Cum ejusmodi Sacrae functiones ab interna, solidaque potius Beneficentium, ac Benedicendorum religione, & pietate, quam ab externa, & vana apparatus magnificientia debeat commendari.

S. 6. Decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædi- ci, & alii quicunque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, Congregationis, ac Instituti existant, seu alias speciali nota digni, illis non conferent, & ad ea vocati, citati, & auditii, causaque propera quas præ- sentes emanarint, ad luctæ, & sufficienter justificatae non fuerint, sive ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætexu, vel capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, ac enormissimæ la- sionis, nullo unquam tempore impugnari, redargui, infringi, in controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci posse; Sed semper firma, & efficacia existere, & forti, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtine- re, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore speciebat quomodolibet in futu- rum inviolabiliter, & inconcussæ observari: sic- que, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales etiam de Lateri Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, dignitate, & potestate fun- gentes, & functuros, sublata eis, & eorum cui- libet quavis alteri judicandi, & interpretandi fa- cultate, & auctoritate, judicari, & definiri de- bere; ac irritum, & inane si securus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno- ranter contigerit attentari.

S. 7. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellarie Apostolice Regula de jure quasito non tollendo, aliquæ Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generaliibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiæ Monasteriorum, Collegiorum, Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumlibet, aliquæ quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, fly- lis, & consuetudinibus, etiam immemorabili-

bus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apo- stolicis quibuscumque, Ordinibus, Congregatio- nibus, ac Institutis prædictis, eorumque Monas- teriis, & Abbatibus sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogato- riarum derogatoriis, aliquæ efficacioribus, ef- ficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, & alii Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam confi- raliter, ac alias quomodolibet in contrarium præ- missorum concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam pro suffi- cienti illorum derogatione de illis, eorumque te- noribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasions, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, infertis, ac servatis respective habentes, hac vice dumta- xat, illis alias in suo robre permansuri, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse deroga- gamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 8. Ut autem præfentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Can- cellarie Apostolice, Curiaeque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari: sieque publi- cas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ conceruent, perinde arctare, & affigere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium li- terarum transumptis, seu exemplis, etiam im- pressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in Ecclesiastica Digni- tate constituta munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, que ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

S. 9. Nulli ergo omnino hominum licet pa- ginam hanc nostra voluntatis, sanctionis, præ- cepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei a fu temerario contraire. Si quis autem hoc at- tentare presumpserit, indignationem Omnipotenti- um Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Roma apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini Millesimo septingentesimo vigesimo quinto Pridie nonas Maji Pontificatus Nostri Anno primo.

Conceditur Capitulo Metropolitana Ecclesiæ Ca- puanae usus Mitræ aliquorumque insignium, instar Capituli Ecclesiæ Beneventanæ.

Clem. XI. Conf. ed. 1717. Mart. 4. P. 17. amplia- ta fuerunt indu'ta Capituli Patriarchalis Ecclesiæ Uxiponen. Et hujus Conf. ed. 1727. Apr. 26. P. 3. fit facultas Canonis S. Petri de Urbe con- cedendi dimissorias subditis suarum Abbatiarum etiam ad sacros Ordines.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Apostolicæ Dignitatis specula meritis licet imparibus per ineffabilem Divina bonitatis abundantium constituti, ad statum Ecclesiæ omnium, quarum Nobis a Domino commissa est solicitude, personarumque in eis Altissimo famu-

Mandatur
publicatio
præsentium
literarum.

Infiguntur
poenæ in ea-
rumdem
contradicto-
res.

L V.

Dat. 8. Maii
1725. An. I.

Exordium.

ANNO
1725.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

165

famulantium propensis studiis animum jugiter intendimus, earumque decori, & dignitati paterna benignitate libenter prospicimus, sicut omnibus maturae considerationis trutina perpen- sis, rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

¶ 1. Cum itaque, sicut Dilecti Filii Capitulum, & Canonic Metropolitana Ecclesia Capuana Nobis nuper exponi ficerunt, eadem Metropolitana Ecclesia, in qua tres Dignitates, Decanatus nempe, Archidiaconatus, & Primi- certatus, ac tringata sex Canoniciatus existunt, antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, Cle- ri, Populique pietate, & frequentia eximie flo- reat, Templumque habeat magnificum, ac apprime instruatum, cura, & studio Dilecti Filii Nostrai Nicolai Sancta Romana Ecclesia Presby- teri Cardinalis Caraccioli nuncupati dictæ Metro- politana Ecclesia ex concessione, & dispensatio- ne Apostolica Praesulis, non sine gravi impensa novissime instauratum, & innovatum, in quo multa Corpora Sanctorum, ut pie creditur, asser- vantur, & in primis diversa in Metropolitana Ecclesia præfata Concilia a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris olim celebrata fuisse, plurimosque vitæ sanctitate, ac virtute, & meritis præclaros, necnon amplissima Cardinalatus Dignitate insignes Viros ex ipsis Capituli gremio prodidisse jure glorietur, necnon multiplicibus a Sede Apostolica privilegiis ornata reperiatur; unum vero exponentibus prædictis Mitra- rum decus desit, quarum usu Metropolitana Ecclesia nostra Beneventana arcto fraternæ chari- tatis vinculo cum dicta Metropolitana Ecclesia Capuana dudum conjuncta, ac alia Regni Nea- polis etiam Cathedrales Ecclesiæ ex concessione Apostolica gaudere dignoscuntur, & si Exponen- tes præfati hac quoque prærogativa donarentur, non modica exinde eis, Ecclesiæque prefata splendoris, ac dignitatis fieret accessio, divinusque in ea cultus, ac Populi devotione majora in dies susciperet incrementa; Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari ficerunt, ut in præmissis opportune provide, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶ 2. Nos igitur qui dictam Metropolitanam Ecclesiam Capuanam peculiari semper prosecuti sumus, & adhuc prosequimur devotionis affectu, ac vetere cum Memorato Nicolao Cardinale Praefule etiam jungimur necessitudine, ipsorum exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulares personas a quibusvis excom- municationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat conse- quendum harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati; Dignitates, ac Canonicatus in dicta Me- tropolitana Ecclesia Capuana obtinentibus præ- sentibus, & futuris, ut deinceps perpetuis, futuris temporibus tam in Civitate, quam in Diocesi Capuana etiam absente eodem Nicolao Cardinale Praefule, seu pro tempore existente Archiepiscopo Capuano in Missis, Vesperis, ac laudibus solemniter decantandis, ac etiam in Proces- sionibus, seu supplicationibus, benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis Baptismalis, ac reliquis Ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, Mi- tra aliisque indumentis, & paramentis in om- nibus, & per omnia ad instar Dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum supradictæ Ecclesiæ Beneventana, ut libere, & licite possint, & valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, eisque in suis Ar- mis, seu Insigniis gentiliis Mitram apponi fa-

ciendi, & addendi licentiam, & facultatem etiam perpetuo tribuimus, & impartimur.

¶ 3. Ipsos vero super præmissis a quoquam quovis pretextu, causa, & occasione molestari, perturbari, aut impediri nullatenus unquam posse: siue, & non aliter per quoquamque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sancta Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedi Nuncios, sublata eis, & eorum cui- liber quavis aliter judicandi, & interpretandi faculta, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno- ranter contigerit attentari decernimus.

¶ 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Uni- versalibus, Provincialibus, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel speciabilibus Con- stitutionibus, & Ordinationibus, necnon, quatenus opus sit, præfata Metropolitana Ecclesia Ca- puana, aliisve quibusvis etiam juramento, confirma- tione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboracis statutis, & consuetudinibus; privile- giis quoque, indultis, & Literis Apostolicis qui- busvis in genere, vel in specie sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum qui- busvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clau- sulis, irritantibusque, & aliis decretis, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum con- cessis, confirmatis, & pluries innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam si pro eorum suffi- cienti derogatione de illis, eorumque totis re- noribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, seu quavis alia expressio ha- benda, aut aliqua alia exquista forma tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro- plene & sufficienter expressis, & insertis haben- tes, illis alias in suo robore permanentibus ad præ- missorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volu- mus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pis- catoris die VIII. Maii MDCCXXV. Pontificatus Nostræ Anno Primo.

ANNO
1725.

Clausula.

Et deroga-
toriae.

L VI.

Erigitur Conventus Carmeli Majoris Ordinis Car- mitarum, cum aliis quibusdam Conventibus, a Provincia Terra Laboris dismembratis, in novam Provinciam Neapolitanam nuncupata- tam.

Clem. XII. Conf. ed. 1731. Jan. 27. P. 1. Con- firmatur hec Conf. Et hujus Conf. ed. 1725. Maij 30. P. 1. idem Conventus Carmeli majoris erigitur in Collegium studii generalis pro Pro- vinciis Regni Neapolitani.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 18. Maij
1725. Ann. I.

Ad perpetuam rei memoriam.

I Nter gravissimas Apostolicæ servitutis curas, que animum Nostrum assidue pulsant, in eam præcipue sollicitis studiis incumbimus, ut prospero, felicique Christifidelium in fortè Do- mini assumptorum, & divinis obsequiis sub suavi Religionis iugo mancipatorum statui, regimini, & progressui, quantum Nobis ex alto concedi- tur, providere jugiter satagamus, ac proinde novas ejusmodi Religioforum virorum provincias interdum instituimus, sicut rerum, locorum, personarum, & temporum qualitatibus matura- considerationis trutina perpen- sis, ad Omnipo-

Procedium.

tentis

Cause pra-
fentis con-
cessions.

Preece Ca-
pituli.

Concessio
prædicta.